



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXXIII. Des Markgrafen Ludwig erweiterte Bestätigung der Rechte und Privilegien der Stadt Brandenburg, vom 4. Februar 1324.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

igitur est, quod vestra fidelitate, quam a nostra ullo unquam tempore memoria excidere nolumus, postulante, tali vobis ac vestre posteritati duximus pro homagio, nobis cum benevolentia per vos facto, dono nostre specialis gratie providendum, quod univ[er]sa vestra iura, gratias, donationes, libertates, consuetudines approbatas, proprietates, p[re]s[er]va[ti]o[n]es vestra, vobis et antecessoribus vestris atque civitati nostre Brandenburg a nostris predecessoribus marchionibus de Brandenburg data, collata et concessa iuxta tenorem literarum marchionum eorundem vobis desuper traditarum nec non ipsas literas seu privilegia perpetua et personalia eorundem, prout rite et rationabiliter vobis et civitati concessa sunt, approbamus, ratificamus et presentis pagine patrocinio de plenitudine specialis favoris, quem ad vos gerimus, solempniter, confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram infringere aut ei ausu temerario contraire. In premissorum omnium perhenne testimonium prefens vobis scriptum confici et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Presentes huic facto nostro affuerunt Spectabilis vir dominus Bartholdus comes de Hennenberg, Hinricus et Johannes, ipsius comitis filii, nostri avunculi, nobilis vir dominus Hinricus comes de Swartzborch et Guntherus comes de Lyndowe cum aliis fide dignis. Actum et datum Stendel, anno domini M^o. CCC^o. XXIV^o. in purificatione sancte Marie in nostra presentia ac honorabilis viri domini Segeri prepositi Stendalgenfis nostri protonotarii, per manum Hermanni de Luchowe.

Nach dem Original. — Gercken's Fragm. III, 50.

XXXIII. Des Markgrafen Ludwig erweiterte Bestätigung der Rechte und Privilegien der Stadt Brandenburg, vom 4. Februar 1324.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis marchio, recognoscimus, tenore presentium publice protestantes, quod, quia predecessores nostri illustres pie memorie marchiones quondam Brandenburgenses, civitatem nostram Brandenburg specialiter diligentes, ipsam pre ceteris elegerunt eamque multis libertatibus ac prerogativis specialibus decorarunt; Nos itaque donationes ac libertates dictorum nostrorum predecessorum approbantes singulas presentibus confirmamus, tum quia ipsa civitas nostra pre omnibus Banno fulget regio, quod vulgo dicitur Koningelhan, tum quia totum nostrum dominium ab eadem civitate nostra traxit originem, tanquam a fonte rivuli derivantur. Damus igitur predictae nostre civitati Brandenburg hanc prerogationem specialem, ut omnes nostre civitates et opida, per totum nostri domini circuitum site, in suis iuribus requirendis et servandis ad ipsam civitatem Brandenburg confluant et iura sua tam consulum quam scabinorum ab eadem recipiant, habeant, postulent et requirant. Mandamus igitur, finaliter statuentes, et volentes, ut iura, que scabini et consules seu iurati predictae civitatis provide et maturo diffinierint et dederint consilio, nullus omnino reclamare valeat aut presumat. Insuper volumus, districtius statuentes et arbitrantes, ne nos ipsi nec aliquis heredum nostrorum vel successorum aut consiliariorum aut advocatorum aut officialium seu potentum nostrorum alicui infra muros seu iura civitatis ejusdem violentiam faciat vel inferre audeat seu attemptet. Immo volumus, ut unusquisque in civitate gaudeat suo jure, polleat et fruatur et ab omni impetitione nostra seu heredum nostrorum nec non officialium seu potentum nostrorum vel cujuscunque coram sculteto seu civitatis iudice inculpatus se expurget, prout juris ordo postulat et requirit. Insuper volumus et omnibus nostris potentibus et officialibus sub ob-

tentu nostre gratie precipimus districtius prohibentes, ut nullus ipfis burgenſibus ſeu alicui civium predictę civitatis aliquam inferat aut faciat violentiam extra civitatem in aliquo loco per totius dominiĩ noſtri terminos. Immo volumus, ut, ſi aliquis noſtrorum officialium ſeu potentum habeat aliquid adverſus quempiam civium jam dictorum, ipſum abſque violentia coram aliquo iudice conveniat et ipſum, ſi poſſit, convincat, prout debitus poſtulat ordo juris. Preterea volumus, ut quicumque in predicta noſtra civitate dignoſcitur civis eſſe ſeu burgenſis, coram ſculteto vel iudice civitatis ejuſdem jus faciat et recipiat, omni contradictione et excuſatione qualibet procul motis. Deinde volumus et plenam concedimus poteſtatem eiſdem burgenſibus noſtris, ut quecunque edificare potuerint vel voluerint, infra muros civitatis edificent, dummodo cum ipſis edificiis civitatem emendent et in uſus convertant reipublicę civitatis. Ceterum damus predictę civitati et libere concedimus campum ſeu ſpatium a civitate uſque ad vallem, qui vocatur Bornelake, ut in ipſo ſpatio paſcua ſuis pecoribus habeant licite et quiete. Insuper volumus, ut pecora predictorum burgenſium per omnes civitatis valvas et ſingulas exeant et ibidem in campis paſcantur, quandocunq̄e ipſis burgenſibus neceſſe fuerit et videbitur expedire, dummodo villarum per hoc fructus et fegetes non ledantur. Volumus autem et liberam eiſdem damus facultatem, ut ipſi burgenſes ad reparationem vie, que dam dicitur, et pontis ejuſdem constructionem ſeu conſervationem ante valvam molendinorum civitatis ejuſdem nichil faciant vel facere teneantur. Demum etiam volumus et plenam concedimus poteſtatem piſcatoribus et ſingulis memorate civitatis inhabitatoribus, ut per totius aque deſcenſum et aſcenſum uſque ad locum, qui varſtede nominatur, utantur piſcatura et licite fruantur, que Smalviſcherie vocatur, quando et quotienſcunq̄e ipſis videbitur expedire. Ceterum volumus, ut ſepedicti burgenſes edificent, teneant et reparent locum in ſoſſato ejuſdem civitatis edificatum, qui theutonice vlotrenne nuncupatur, et omnes fructus, qui civitatem attingunt, ab eodem percipiant et in ipſius civitatis uſus diſtribuant et commoda, ſicut hactenus conſueverunt. Preterea volumus, dictos noſtros burgenſes gaudere privilegio gratie ſpecialis, ut, cum ſedes chatedralis dicte adhereat civitati, nullus burgenſium civitatis ejuſdem aut a viris religioſis aut a clericis aut a laicis aut a perſonis cujuſcunq̄e conditionis fuerint, extra civitatem evocetur aliquoſiter vel citetur, ſed in caſtro vel in civitate reſpondeat juris via, niſi quis contra eos vel aliquem ipſorum in Romana curia iudicem optinuerit ſpeciale. Volumus etiam et concedimus burgenſibus predictis, ut ipſi omnes exceſſus, qui fuerint in ipſa civitate perpetrati nocturno tempore vel diurno, exequantur, corrigant et iudicent, qui hantheſteche dat dicuntur proprie apud vulgus. Super hec ob celerem benivolentiam, ex parte homagii nobis factam, eoſdem noſtros cives ac civitatem expreſſam noſtram Brandenburch ſpeciali amplectimur gratia ipſis favorabiliter indulgendo, ut, quicumque bona prehabuerit pheodalia aut fuerit habiturus in futurum de civibus, ipſo mortuo, nos et noſtri ſucceſſores volumus preſtare ac conferre pheodalibus heredibus, habentibus duntaxat annos rationis capaces et maturos, nobis reſpondendo et dando de quolibet fruſto tres fertones et plus nichil collatione de premiſſa. In ſine omnium premiſſorum damus civitati ſepe ſepius iterate Brandenburch et civibus in eadem, ut quicumque, qui temporibus marchionis Waldemari felicis recordationis allodia manu tenuerunt et adhuc inveniuntur poſſidere, libere, pacifice, quiete optineant abſque precaria et ſervitiis dominorum. Hec autem omnia et ſingula damus et concedimus noſtre nove civitati Brandenburch et burgenſibus ipſius, preſentibus e futuris, ſicut ex antiquis habuerunt temporibus, perpetue poſſidenda. Et ut hec omnia et a nobis noſtris heredibus et ſucceſſoribus maneat dictis noſtris burgenſibus et civitati penitus inconcuſſa, noſtro ſigillo de noſtra certa ſcientia comuniri fecimus preſens ſcriptum. Teſtes vero hujus rei ſunt ſpectabiles viri comites dominus Bartholdus de Hennenberghe ſuusque filius Henricus, generoſusque dominus Henricus de Szwarcburch, Gherardus de Kercowe, Bartholdus de Buz, Henri-

cus de Mokere, milites nostri precipui et dilecti, unaque Segerus prepositus in Tangermunde, et Hermannus de Luchehowe, nostre curie notarii et capellani, Reliqui quoque multi fidei testimonio laudabiliter insigniti. Confirmatum, ampliatur et datum Stendal anno domini M^o. CCC^o. XXIV^o. Sabbato proximo post purificationem sancte et venerabilis matris Marie.

Nach dem Original.

XXXIV. Markgraf Ludwig schenkt der Neustadt Brandenburg das Dorf Klein-Kreuz und die Mühle bei der Stadt, am 4. Febr. 1324.

Nos Ludewicus, dei gratia Brand. et Lufatie marchio, comes palatinus Reni, dux Bawarie, sacri imperii archicamerarius, recognoscimus et ad omnium et singulorum notitiam, ad quos presentes pervenerint, volumus pervenire, quod, inspecta immensa fidelitate, qua se erga nos fideles viri consules ac universitas burgenſium civitatis nostre nove Brandenburg strenne gesserunt, tali recompensa eidem atque ipſorum poſteris duximus favorabiliter providendum, quod villam Crucewitz, ſitam prope Brandenborch, ipſis dedimus et presentibus liberaliter in proprium damus eidem, ac civitati nostre predicte cum univerſis ſuis attinentiis, ſcilicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, lignis nec non montem lignorum, qui dicitur Hogenwarde, cum univerſis dicte ville et montis terminis et distinctionibus, nec non cum omnibus et ſingulis, de quibus foret habenda mentio ſpecialis, perpetuis temporibus dicte civitati et burgenſibus liberam abſque omni precaria et ſervitiis apponentes. Damus inſuper eidem ſimiliter in proprium presentibus et futuris hereditatem molendinorum dicte civitati nostre adjacentium cum pertinentiis ad hereditatem ipſorum molendinorum, ita quod annis ſingulis nobis et noſtris ſucceſſoribus ipſi de dictis molendinis erogare tenebuntur triginta marcas argenti Brand., quindecim choros ſiliginis et quindecim choros braſſei in duobus terminis, ſcilicet feſto ſancte Walpurgis medietatem et feſto ſancti Martini aliam medietatem expedite. Ipſi quoque burgenſes ad refectionem molendinorum aggeris et aliorum, que ad molendina ipſa oportuna fuerint, ſunt aſtricti. In premiſſorum omnium et ſingulorum teſtimonium presentes literas confici et ſigilli noſtri robore juſſimus fideliter communiti. Presentes huic facto fuerunt nobiles viri Bartoldus de Hennenberg, noſter conſanguineus, Buffo de Manſfelt, comites, honorabilis vir Segerus, prepoſitus Stendalgenſis, nostre curie prothonotarius, Gherardus de Kerkow, Bartholdus de Bouzt et Hinricus Rokez, milites, cum aliis fide dignis. Actum et datum Stendal, anno domini milleſimo CCC^o. XXIV^o., ſabbato poſt purificationem ſancte Marie, per manum Hermanni de Luchow.

Nach dem Original.

XXXV. Markgraf Ludwig ſchenkt der Neustadt Brandenburg die Beden aus mehreren Dörfern und die Zollfreiheit, am 22. Auguſt 1324.

Wir Ludwig, von der Gnade Gottes Marggraff zu Brandenburg und zu Lauſnitz, Pfaltzgraf bei dem Rhein, Herzog zu Bayern und des heiligen Reichs oberſter Cemmerer, thun offen-

Haupttheil I. Bb. IX.